

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0156

0154

0160

0150

0165

illi ita famelici et miseri, quod pro pane inermes armatos  
invadunt seque morti exponunt.

Tertia. Dicebant per littora maris illius esse multa nociva  
et venenosa animalia, pusilla cum magnis, ut leones, ursos,  
apros et serpentes vermes etc.

Quarta. Dicebant esse prohibitum a rege Soldano, ne  
qui alieni ducerentur ad hoc mare, et hoc propter venenosissimum sed nobilissimum tyrum serpentem, ne forte capi eum  
contingere ab alienis et de patria educi, qui nullibi in mundo  
reperitur nisi in littoribus maris mortui; idecirco sub poena  
capitis prohibuit Soldanus incolis terrae, ne serpentes illos  
captos alicui vendant, sed sibi eos in Aegyptum transportent.  
Hoc tamen pauperes saepe transgrediuntur et christianis  
mercatoribus eos vendunt, tam in Damasco et Baruto, quam  
in Alexandria et Chayro. Conficitur enim de hoc serpente  
efficacissimum et pretiosissimum tyriacum, nec est verum  
tyriacum, nisi de hoc serpente sumtum, a quo et nomen  
sortitur. Talis autem formae dicitur esse serpens ille: lon-  
gitudo ejus est ad ulnae medietatem, grossitudo vero vel  
magnitudo ut viri pollex, color eius luteus aliquali rubedine  
mixtus, et naturaliter semper nascitur et manet coecus, et  
semper saevit velocissime serpens cum sibilo iracundo. Contra  
ejus venenum nullum noscitur remedium, et nisi in continent  
amputetur membrum ejus veneno intoxicatedum, mox totum  
corpus incenditur, inflatur et crepatur. Omnibus bestiis insi-  
diatur, unde nonnumquam grandes belluae juxta hoc mare  
mortuae reperiuntur ex intoxicatione tyri. Dum irasci-  
tur, igneam linguam emittit, quam velocissime circum-  
ducitur, corpus ejus ex ira ut ferrum candescit, et caput  
alias parvum inflat excrescens ultra quantitatem corporis, et  
habet in facie pilos ut aper. Si equum intoxicat, sessor  
eius simul cum eo inficitur et moritur. Et nisi naturae auctor  
privasset bestiolam illam luminibus, nemo posset de prope  
accedere, nec capi quovis modo valeret, quia callidissimus  
serpens est. Hunc serpentem medici et appotacarii tali modo  
in confectione tyriaci assumunt: captum vivum accipiunt,  
eumque in pelvem ponunt vacuam et latam, in qua possit  
currere et exitum quaerere, non tamen effugere, et dum

10

Ende

Anfang

